Licet dilectus. c. b. Testes sup principali productos reprobare lz et iterū reprobatō

rios reprehendere ulterius non
est locus reprobationis. No.
q̄ per mortē arbitriū arbi-
trium est finitum. Itē con-
tra personas testium corā arbi-
tris p̄ductorū p̄t opponi.

P̄ntata. c. b. Attestationes
recepte per arbitros fidē fa-
ciūt in iudicio. si testes mor-
tui sunt si autē viuunt est in
optiōe p̄tis cōtra quā p̄duc-
ti fuerūt an uellent attesta-
tōes recipere an q̄ testes de
nouo deponāt. lo. No. hic
quod notauit in precedenti. c.

Nuper. c. b. Nō creditur
testi etiam religioso qui sū
iuramento deponit. lo. No.
q̄ nulli credendū est in p̄iu-
diciū alterius nisi sit iurato.

Venerabili. c. b. Diligēter
et sigillatim sunt testes exa-
minandi. lo. an.

Cū clamor. c. b. Iterū exa-
minandus est testis qui obs-
cure deponit. Nota q̄ iu-
dex qui ex officio inquirit ite-
rum p̄t examinare testes
qui obscure dixerūt post ip-
sorum publicatōnem secus
credo in ordinario iudicio.

Testimonium. c. b. Perseue-
rans in crimine etiā ciuili a
testimonio repellitur. emēda

tus uero nō infamis admitti-
tur in ciuili et criminali cuz
ciuili agitur de crimine.
fallit impurio in criminali
repellitur indistincte. lo.

Vltra tertiaz. c. b. Ponit
formā scdm̄ quā datur q̄re-
ta dilatio siue p̄ductio s̄z quā
ta dari nō d̄z. No. q̄ p̄ter
iuramentū calūpnie aliud iu-
ramentū pr̄atur lit. cōtes.

Non d̄z. c. b. Accusatus
de criē nō testificatur in criā
libus nisi in exceptis. No.
q̄ accusatus de criē pedente
actiōe sua nō p̄t testis esse in
criminali nec accusare aliū
nec ordinari. et cetera.

De testibus cogendis.

c. ausam. c. b. In cā ma-
trimonialī cogēdi sūt
testes phibendi testimoniu;
lo. an. No. testes nō cōpel-
lendos s̄z potius monēdos.

Cum sup. c. b. Per exēpti-
onis. excōicatōis. suspēsiōis
et depositōis s̄niām cogendi
sunt testes. No. q̄ crescē-
te contumacia crescere de-
bet et pena.

Super. c. b. Testis qui
timore se subtrahit testi.

ari compellitur.

Peruenit. c. b. Testis cōpellitur detegere illius fraudem qui pbatōis copiam aduersario subtrahit. l. No. q̄ noīē instrōrum cōtinentur testes.

Peruenit. c. b. Sup iniuria clerico illata cogendi sunt testes. lo. No. q̄ qui de rebus ecclāsticis nolunt testificari sūt indistincte cogēdi.

Ceterum. c. b. Sup consanguinitate p̄ banda testef ad testimonium ferendū cōpelluntur. lo. an.

Preterea. c. b. testes fideles qui sup matrōnio coram ordinario deposuerūt coram delegato sup eodē iurare n̄ cogūtur. hoc primo sedō aut ppter supuenientel infamiā a testimonio testis repellitur. hoc sedō pōt tñ si errauerit in cōtinenti nō ex interuallo dictum suum corrigere. lo. an.

Sup his. c. b. Cum de fama vel vicio falsitatis inquiratur cogēdi sunt testes.

Cū contra. c. b. Sup criē falsi testes cogēdi sunt testimonii p̄hibere. No. testes in criminali cōpellendos.

Dilectorū. c. b. Nō cōpellātur testes sup criminibus deponere vbi solū agitur ad tertium repulsionem et infamiam. Vel sic testes sunt cōpellēdi veritatē dicere in ciuilibus. in criālibus aut n̄.

Venerabilis. c. b. In crimine cōspiratōnis cōpelluntur testes p̄hibere testimonium.

Nota testes compellendos ad cōiurationem p̄bandū.

De fide instrumentorum.

Scripturaz. c. b. Non summatur. q̄a breue ē. sic pōt dici. per exēplaria nō probatur. lo. an.

Scripta. c. b. Scriptura priuata non iuuat nisi testibus iuuetur. Vel sic scripturae oīō creduntur nisi p̄ manū publicam scripta fuerit vel sigillo autentico sigillata.

Ex litteris. c. b. Scripturaz apostolicum p̄p̄ rasuram in loco non suspecto n̄ cēsetur viciolum. No. q̄ copia faciēda est aduersario. ad faciēdam. vbi ius non cōstituitur n̄ nocet rasura. quia narratō facti n̄ facit ius.

Accepimus. c. b. Redar.

guenti privilegium de flo iudex faciet illud prohiberi coram paucis et in loco secreto et interim stabitur sine late per illud. lo. an. No. q. qui dicit privilegium esse falsum dicit sibi tradi ad inspicendum.

Cōtingit. c. b. Instrum vel privilegium quo quis utitur integraliter coram iudice aduersario legi dicitur solum illud capitulum de quo agitur dicitur edictum.

Inter dilectos. c. b. Reus absolvitur cum iura actoris sunt obscura ut si ipsius instrumenta sunt obfuscata vel littere rase seu scripture sigilli sunt deletae. lo. No. hanc decretum ad cognoscendum falsitatem privilegiorum et instrumentorum primo in annis domini et in indictioe. Item ex sigillo privilegii. Item ex scriptura notarii. Item res inter alios acta aliis non obest. Item res intelligi dicitur ut potius valeat quam peccat. Item aliud quod confirmatur et aliud quod donatur. Item si principale non est nec accessorium. Item sancta locatio non probat dominium nec possessionem. Item cum obscura sunt iura peritum iudicandum est per possessorem.

Quod super his. c. b. Non valet littere quas crucesignati super absolutioe voti obtinuerunt tacita veritate vel expressa falsitate. io. Nota quod illi qui votum emittunt compellendi sunt ad executionem ipsius nisi iusta de causa per sedem apostolicam fuerint absoluti.

Pastoralis. c. b. Si dubitetur de aliquo extrauaganti an sit decretum aut est iuri communi consona et tunc iudicatur secundum illam aut est iuri communi dissona et tunc papa consultitur. lo. a.

Cum dilectus. c. b. Post publicatas attestaciones usque ad conclusionem cause per litteras ad producendum et consuetudo loci facit instrumentum authenticum. No. quod litteras perducunt usque quo conclusum fuerit in causa vel usque ad terminum prefixum ad hoc.

Cum iohannes. c. b. Falsitas instrumenti vel illud quod deest instrumentum potest probari per testes. io.

No. quod compensatio admittitur in iure. Item testes preferuntur instrumentum. Item exceptio peremptoria potest opponi in causa appellatiois. Item iudex ex officio suo potest interrogare partes ubicumque dubitat de facto usque ad finem. Item licet

sententia lata ex noua allegatiōe
cassetur n̄ preiudicatur iudi-
cibus qui ipsum protulerūt.

Ex pte. c. b. Defectus lre
non viciat rescriptū. io. an.

Gi. perpetuus. c. b. Licite
appellatur a iudice q̄ parti
hoc petēti n̄ facit edi cōia in
strumta. No. q̄ instrā cō-
munia p̄i ps exhibere tene-
tur. Item recōuētio est in
spūalibus factēda. io.

Imputari. c. b. Cōtraria
allegans non est audiendus
Vel sic qui in iudicio cōtra-
ria deducit succūbere d3.

Si cautio. c. b. Si in instrō
est apposta cā debiti cōdēp-
nabitur debitor nisi p̄bet il-
lud indebitum. S3 si nō ex-
primatur necesse ē vt credi-
tor probet illud debitum.

No. q̄ cā sp̄ est exprimen-
da ad hoc vt ex confessione
sua quis obligetur. b.

Cum P. c. b. Auctorita-
te ordinarij pōt notarius no-
tas tabellhōis moreui in pu-
blicam redigere formā. lo.

Si instrā. c. b. Instrū p̄ta
bellionem exēplificatū auc-
toritate ordinarij eandē viz
hēt cum originali. No. if-
ta duo capitula q̄a frequē-

ter locum habent. bernar.

De presumptionibus.

f. Icut noxius. Non sum-
matur per lo. ā. ille qui
mittit lanceas et sagittas vt
aliquē interficiat noxius est
et malus ita ille qui fraudu-
lētur nocet amico suo et pos-
tea dicit ludens feci. io.

Afferre. c. b. Ex presūpti-
one violenta pōt ferri sentē-
tia diffinitiva. io. ā.

Ex studiis. c. b. p̄ exte-
ra iudicatur de interioribz.
vel sic intima cognosces per
mores exteriores.

Nullus. c. b. Presumitur
cōtra illum qui dilatōibus
subterfugit iudicium.

Nonne. c. b. Qui tac3 cō-
sentire presumitur.

Mandata. cb. Ex prete-
ritis p̄sumitur de futuris.

Quosdā. c. b. Ex vicini-
tate presumitur sciā.

Quāto. c. b. Non summa-
tur scdm lo. ā. tñ pōt dici si
cut in precedenti capitulo.

Scribendam. Non summa-
tur scdm lo. tñ pōt dici ex p̄-
teritis presumitur circa fu-
tura. vt. s. dixit. Vel sic qui

priora neglexit presumitur
posteriora negligere.

Quia verisimile. c. b. Pro-
batio efficacior requiritur
ab illo qui probare vult q̄ n̄
est verisilē. No. q̄ contra
verisimilem presumptōem
inducuntur testes.

Illud. c. b. Per nominatō-
nem. cohabitatioem et fa-
mam probatur coniugium
maxime si appareāt instrā
dotalia. No. q̄ circa ma-
trimoniū recurrēdū est ad
famam loci et sic per exteri-
ora ḡbatur motrimonium
saltem presumpum cōtra
quod non est p̄batio. Itē
presumitur pro instrō scō
ratōe officii. b.

Litteris. Per violentā p̄-
sumptōem p̄batur carnalis
copula. No. q̄ violēta pre-
sumptō sufficit ad condēna-
tionem.

Tercio loco. Idem dicit
q̄. c. immediate precedens
Vel sic matrimonium p̄ ver-
ba de p̄ncipi cōtractum sepa-
tur per violentā presump-
tiōem p̄sentis affinitatis cui fa-
ma consentit. Nota q̄ ex
multis p̄sumptōibus indu-
citur presumpctō sufficiens

Item fama cum aliis pre-
sumptōibus probat.

Litteras. c. b. Propter ve-
hementē presumptōem nō d̄
quis maxime de graui criē
condēnari. No. q̄ qui con-
traria dicit tanq̄ suspectus
repellitur. Item ibi vna p̄-
sumptō p̄ponebatur alteri
qa illa magis accedit ad ve-
ritatem. Item p̄pter vehe-
mentē presumptōem nō d̄
q̄s condēnari de heresi. Itē
a puero non d̄ amplius iu-
ramētū exigī. Item timo-
re pene temporalis aliquis
cohercetur.

Cū in iuuetute. c. b. In se-
nectute nō presumitur cōti-
nens qui in iuuetute conti-
nuit. lo. ā. No. q̄ ex pre-
terita vita presumitur de p̄-
senti. Item p̄ meritū p̄so-
ne cōceditur priuilegiū. Itē
inter cōiunctas p̄sonas na-
turale fedus nō p̄mittit si-
nistrū aliquod suspicari.

Item denūciatō ex carita-
te d̄ fieri. Item superior nō
statz d̄ credere de subditis
que referūtur eidem s̄z pri-
d̄ ab aliis inq̄rere. Item p̄-
ter infamiā a maluolis or-
ta n̄ est inq̄sitō faciēda. 10

Dudum .c. b. Is pro quo
 bñficiado scribitur cum clā
 si ydoneus fuerit nō tenetur
 se probare ydoneum cū ydo
 neus presumatur. No. q̄
 quilibz presumitur ydoneus
 nisi probetur cōtrariū. etc.

De iureiurando.

e X Administratōis. c. v.
 b. Creditores ad iura
 mēta sup vsuris soluendis pre
 stita relaxandi sunt et ec
 clestastica districtōe cogēdi

No. q̄ iuramētum presti
 tum per metū de rebus eccē
 nō repetēdis nō obligat.

Item a tali iuramēto absol
 uitur ad cautelam. io. ā.

Peruenit. c. b. Non valet
 iuramentū prestitū a prela
 to de non repetendis rebz ec
 clestie. No. in isto. c. predic
 ta in precedētis. c. notata.

Peruenit. c. b. Non cense
 tur piurus qui in melius cō
 mutat iuramētum nec ille q̄
 nō seruat iuramentū vel fi
 dem. No. q̄ fides n̄ seruā
 ti fides non est seruāda. Itē
 iuramētū vel fides data sub
 cōditōe non obligat nisi cō
 ditio seruetur.

Ego ep̄us. c. b. Non sum
 matur q̄a breue est.

Nullus. Episcopus nō d̄z
 cōpellere clericos suos iura
 mentū obedientie pr̄are nisi
 administratōem hēbāt. io.

Debitor. c. b. Usuras
 tenetur soluere qui iuravit
 sed solutas repetere pōt.

No. q̄ scdm canones obli
 gatō vsurarū non t̄z s̄z iura
 mentū sup hoc scdm tenz et
 debz seruari. Itē vsure res
 titui debent. b.

Ad nostrā. c. b. Si debitor
 creditori iurauerit rem pig
 noratā n̄ repetere nisi prius
 debitū soluat iuramētū ser
 uare cōpellitur. No. q̄ iu
 ramentū sp̄ seruandū est eti
 am scdm sup vsuris soluēdis
 s̄z pmissio vsurarū n̄ t̄nat. io

Si vero. Si iuramentū ex
 tortum per metum seruari
 pōt sine piclō aiē est seruā
 dum. romana tñ ecclā cōsu
 euit a tali absoluere. No.
 q̄ iuramentū semp seruā
 dum est dū mō in obseruati
 one ipsius periculum aiē nō
 vergat. Item papa nec etiā
 aliquis alius d̄z esse auctor p
 iurū nec dare alicui materi
 am piurandi. Item a tali iu

ramento per metum presti-
to q̄s absouitur si plene cōf-
titerit q̄ taliter iurauerit a-
liter n̄ absolueretur. 10.

Ex rescripto. c. b. Mona-
chi qui pro debito ecclē sue
in obstagio stare iurauerūt
et fideiussores qui iurāt cre-
ditores reddere indēnes iu-
ramēta seruare cogūtur.

No. monachos obsides da-
ri posse. Item iuramentuz
semp̄ seruādū est dū mō sine
piculo possit seruari.

Querelā. c. b. Periuurus ē
ab ecclā remouēdus qui nō
necessitate s̄z voluntate ve-
nit cōtra suū ppriū iuramē-
tum. No. q̄ p̄ iurē ecclesias
regere nō debēt. Item ne-
cessitas excusat a p̄iurio.

Tua nos. c. b. Si p̄ntatus
iurat p̄ntanti q̄ sibi ātiquū
censuz augebit et postea cō-
trarium iurat instituētī va-
l̄ scdm̄ et n̄ primū. tñ ab ec-
clā remouetur. No. q̄ p̄
sio annua n̄ d̄z augeri. Itēz
temerariū iuramentum re-
p̄lletur ab ecclā.

Cum q̄ dē. c. b. Ep̄i p̄ p̄i-
rio grauius puniūtur q̄ alii

Item illicitum est iuramē-
tū de non loquēdo vel n̄ pre-

bēdo subsidia p̄sonis cōiunc-
tis 10. ā. No. q̄ plus p̄iuri
debēt maiores q̄ minores.
Item sc̄m̄ maiorū trahitur
a minoribus in exēpiū. Itē
iuramentū illicitū nō obli-
gat et ad catā a tali iura-
mento quis absoluitur.

Sicut. c. b. Non valz iura-
mentū monachi claustrum
abiurātis tñ de hoc grauis
pena sibi imponitur. No.
q̄ iuramētum cōtra p̄fessio-
nem et stabilitatē p̄missam
nō t̄z. Item pena vnius alii
cohercentur.

Veritatis. c. b. Prelatus
qui iurat prelato et succes-
soribus suis amplius succes-
sori iurare n̄ tēntur. 10. an.

No. q̄ iuramētum fideli-
tatis transit ad successores
q̄ a hoc actū fuit expresse.

Verum. c. b. A iuramento
per metū extorto absoluit
ecclā et eius transgressores
n̄ mortaliter p̄iit. No. q̄
iuramentū p̄ metū extortū
est obligatoriū ex quo aliq̄
a tali exsoluūtur. Itēz si q̄s
tale iuramētum n̄ seruet nō
d̄z p̄iuri tanq̄ pro directo p̄-
iurio et volūtatē. Itē trā-
gressio huius iuramenti non

dicatur simpliciter mortale peccatū. Item metus iustus penam attenuat.

Veniens. c. b. Si is cuius mādato stare iuravit aliqd michi p̄cipiat cōtra iuram̄tum primo licite sc̄m eius p̄ceptum n̄ tenor seruare.

No. q̄ cū alijs alicui simpliciter iurat mādātū d̄ esse ydoneum et n̄ iniquū vt hic p̄ alias relaxatur mādātū

Item iuram̄tū cōtrarium alicui licite sc̄o seruādū n̄ ē. b.

Breui. c. b. Si iuratus ecclesiā defendere sine iusta cā hoc recusat p̄iurus ē nec appellatō hunc defendit. lo.

No. q̄ appellatō si iustatoria nō excusat aliquē ab eo quod fatere tētur. Itē necessitas excusat a p̄iurio.

Quāto. c. b. Princeps qui iurat certā seruare monet si sciat illā legitimo pondere esse de fraudatā penitere d̄ de iuram̄to quod fuit illicitum et ideo n̄ seruandū. Si vero ignorabat iuram̄tum seruet s̄ illam faciat restatū rari. lo. No. q̄ iuram̄tū aliter recipit interpretatōnem vt hic p̄ et aliter r̄q̄ ut absolutōem. Item iura

mentū nō est vincū iniquitatis et ad licita et honesta semp̄ d̄ referri. etc.

Veniētes. c. b. Iudices qui iurauerūt infra certū t̄pus sn̄ā exequi hoc n̄ obstatibz appellatōibz ab eis interpositis et interiectis deferre tēntur. No. decre. istā ad plura ar. primo sn̄ā diffinitua a qua est appellatū n̄ d̄ executōni mādari q̄ si fiat executio d̄ reuocari vt hic p̄ et ideo deferre d̄ iudex appellatōi et nichil innouare ea p̄dēte. Item in omni iuram̄to sp̄ius superioris intelligitur exceptū. Item iuramentū p̄sonale est.

Ad nostram. c. b. Per officium iudicis subuenitur illi qui p̄ iuramentū vsuras repetere n̄ p̄t. No. q̄ hic recipiūtur testes lite n̄ cōtes. quia p̄lebat in modū inquisitōis vel denūciatōis et ex officio iudicis. Item qui non p̄t agere p̄pter iuramentum p̄t denūciare. Itē aliquid conceditur vna via et alia denegatur.

Ad nostrā. c. b. Iudex q̄ iuravit in omnibz causis iudiciariū obseruare in notoriis

subtilitatē ordinis iudiciariū
non obseruabit. No. q̄ iu-
ramētū cōtra canones p̄f-
titū n̄ t̄z. Itē q̄ diu iuramē-
iuramētū directe seruari po-
test vel p̄ interpretatōnem
seruādū est. Itē in notoriis
ordo iudiciarius per omnia
non est seruandus.

Ea te. c. b. Si is qui iura-
uit ei cui nō debuit seruire
cōpellitur. io. No. q̄ n̄ re-
leuatur a debito q̄ alii soluit
q̄ debeat. Itē cuz duo iura-
mēta cōtraria sunt vidēdū ē
quod magis sit licitū altero
reieto et illud seruetur.

Quinta vallis. c. b. Si ali-
cuius mādato q̄ stare iura-
uit non pōt ei p̄cipe vt filios
exheredet vel vxorē a se abi-
ciat. No. q̄ cū aliq̄s sim-
plicit̄er iurat stare mādatis
alicuius licitū d̄z esse mādā-
tū alioqn iuramētū n̄ ligat.

Tua nos. c. b. Cōiuges se
se. i. inuicē adiurare n̄ p̄nt.
Io. ā. No. q̄ iuramētū non
p̄iudicat matriō s̄z ecōuer-
so matriomū iuramēto in
fra de spon. c. vltimo.

Quēadmodū. c. b. Qui iu-
rauit matriōnū cōtrahere
p̄pter supueniētē fornicati

onem vel deformitatē eā re-
pellere pōt. per p̄cedentē ve-
ro nō. et si vir iurauit eā nō
accusare de aliquo crimīe te-
merariū est iuramētum et il-
licitum et ideo n̄ seruādum.

Si vero iurauit eam n̄ accu-
sare de aliquo adulterio de-
nūciare eam pōt s̄z n̄ accusa-
re. No. q̄ in iuramēto ho-
neste cōdiōes intelligūtur.
tur quāuis non apponātur
neste cōdiōes intelligun-

Item n̄ pōt quis reprobare
vxorē quā app̄bavit ex cā
p̄cedenti matriōnū vel spō-
salia. Item multa impediūt
matriomū cōtrahēduz q̄
non dicunt iā cōtractum.

Item matriomū de p̄ntē
nullo casu supueniēte dissol-
uitur nisi añ carnalē copulā
p̄fiteatur alter. Itē si quis
iurat simpliciter n̄ accusare
vxorē de adulterio seruā-
dum est iuramētū. tñ d̄z eaz
denūciare vt peniteat q̄ si n̄
fecerit poterit eā dimittere

Et si cristus. c. b. Mona-
chi vel cōuerſi iurare p̄nt p̄-
testiō ferendo in cā sui mo-
nasterii. No. q̄ in necessi-
tate iurandū est dū iuramē-
tum hēat veritatē iudiciuz

et iusticiā. Ite3 quedā sunt simpliciter mala ideo prohibita quedam vero sunt simpliciter bona que prohibentur ex cā. Item cessante cā cessat effectus.

Sicut. c. b. Sicut iuramentum prestitū cōtra ecclē vtilitatem n̄ valet. 10. ā. No. q̄ iuramētū in dānum ecclē datum n̄ est seruādū nec obligat s; potis p̄iurū dicitur.

Cum cōtingat. c. b. Non auditur mulier cōtra alienatōem rei dotalis cui sponte cōsentit et cōtra non venire iuravit. 10. an. No. q̄ iuramētū preualet legi.

Sicut. c. b. Fides etiā iurata seruāda ei n̄ est qui frāgit. vel sic illa sunt restituēda que in bello iniusto auferuntur nec iuramētū ille obligatur cui fides iurata n̄ seruatur. No. acōterario q̄ si bellū sit iustū licite p̄nt retineri que auferuntur.

Nimis. c. b. Clerici t̄palia nō tenētes a laicis fidelitatē p̄stare n̄ debēt.

Petitō. c. b. Qui iuravit cōtra aliquē n̄ esse in causis p̄p̄ris et ecclē sue cōtra eū esse p̄t. 10. an. No. q̄ licet

iuret vel p̄mittat aliq̄s alicui q̄ non erit cōtra ipsum t̄n̄ n̄ tenetur cōtra se vel cōtra ecclām suā vel cōitate3 suā q̄ a iuramētū n̄ extenditur ad hūc casum q̄a cōtra se nemo tenetur vel contra ecclām. Item a cōspiratōe principis astringuntur.

Ex litteris. c. b. Si iudex in principio cāe iuramētū de veritate dāda n̄ exigit a p̄tib; in p̄cessu illud exigere poterit. 10. ā. No. in cā vsurariū iuramētū3 de veritate dāda esse p̄standum sicut in sp̄ualib; causis et ad hoc p̄tes compelluntur.

Intellecto. c. b. Si is q̄ preest iurat n̄ alienate alienatō quā postea facit n̄ valet. etiam si iuravit n̄ cōtra venire. No. iuramētū in dānum regni vel ecclē prestitū illicitū et ideo n̄ seruādum.

Mulier. c. b. Mulier que iuravit aliquē esse maritū3 suū et postea succūbit quia aliter non p̄bauit non donatur nec denegatur sibi l̄nia cū alio cōtrahēdi. 10. No. q̄ actore nō p̄bante reus d; absolut. Item nullus p̄dēm suū d; dare alteri materiaz

piurādi q̄a imputaretur sibi

Clericus. c. b. Clericus q̄ iuravit seruare statuta ec-
clesie iā edita non trāsgredi
tur iurāmētū si post edita n̄
seruet l̄z eadē simpliciter ser-
uare p̄miserit t̄ntur t̄n ipsa
seruare. No. q̄ iurāmētuz
n̄ extēditur v̄d alia sup̄ q̄bus
iuratum non ē. Item ex p̄-
missione aliq̄s obligatur.

Iuramentum. Iuramen-
tum delatum a iudice sine
causa recusari nō p̄t l̄z b̄n
delatum a p̄te. io. No. in
prima p̄te delatōem sup̄ tri-
bus iurāmētis. In scdā no. q̄
reus d̄z absolui si actor om̄i-
no deficit in p̄batōe. Itē iu-
rāmētuz defertur habito res-
pectu ad q̄litatē p̄sone et q̄-
titatē cāe. No. hic bonam
cautelā q̄ si aliq̄s debeat. c.
et n̄ possit p̄bare nisi p̄ vnuz
testē cedat alicui actōem su-
am n̄ se p̄tentiōrē et sic po-
terit p̄bare per se et illū te-
tem. hoc dicit Spec. in ti. de
p̄cur. §. fi. ad fi.

De exceptōibus.

d Eniq̄. ob. Si testis de
crimine contra eum
excepto cōuincitur vel alias

cōuictus appeat repellitur
a testiōnis l̄z de criē n̄ puni-
tur si n̄ t̄agit negociū princi-
pale. No. q̄ testes s̄m om̄i
infamia debēt esse. Itē nulls
d̄z p̄iri sine accusatōe. Itē
scd̄m modum agendi puni-
tur aliquis.

A nobis. c. b. Reo excipiē-
te cōtra actorē de excōica-
tōe n̄ obstat replicatō excōi-
catōis. No. q̄ excōicatus
maiori excōicatiōe repelli-
tur ab agēdo. s̄z minori ex-
cōicatiōe legatus n̄ repelli-
tur q̄a nō est remotus a cō-
municatōe fidelium.

Cū ecclāstice. c. b. Habēs
plura b̄nficia cōtra aliuz de
pl̄tate b̄nficiorū excipe n̄
p̄t. No. q̄ qui simili mor-
bo laborat n̄ p̄t illud alii op-
ponere. et tet.

Pastoralis. c. b. Iudex d̄z
statuere terminū ad om̄es
exceptōes dilatorias p̄ponē-
das post quē excipiens n̄ au-
diatur nisi in tribus casibus
hic exceptis. No. q̄ q̄ de no-
uo emergunt nouo indigēt
auxilio.

Cū inter. c. b. Excōicata
excipe appellare et om̄ez de-
fentōem suā facere p̄t sed

recouenire n̄ p̄t. io. No. q̄ p̄clōsum est litigatē sub iudice suspecto. Itē in iudicis eq̄tas seruāda est et nō fauor. Itēz om̄is legitima defēsiō ē salua ip̄i excōicato

Cū venerabilis. c. b. Si reus a quo res petitur excipiat de p̄mutatōne ipsius rei scā cū actore n̄ fatetur p̄ hoc actorem fuisse dñm. scdō vict. ū et exceptō falsitatis post sniām etiā p̄t opponi. lo. ā.

No. q̄ qui excipit n̄ cōfiteatur de iure aduersari. Itē qui aliquid addit vel minuit in instrō in p̄iudiciū p̄ris falsarius est. Itē delictū p̄sone n̄ d̄z nocere ecclē. Item exceptō falsi sp̄ p̄t opponi vsq̄ ad. xx. ānos. etc.

Olim. c. b. Qui p̄pter exceptōem n̄ admissam appellat corā iudice appellatōnis p̄bare d̄z exceptōem eē veram. No. q̄ qui appellat a grauamē an̄ sniām in cā appellatōis d̄z probare cām appellatōis veram fuisse et hoc verū est q̄n non obtulit se p̄baturum. Item no. q̄ iudex p̄t remouere grauamen de duabz dietis.

Dilecti. c. b. Per exceptō

nē excōis et p̄iurii a sua vel a sue ecclē defentōne repelli quis n̄ d̄z. No. q̄ excōicati nec p̄iurii n̄ repelluntur a defēdēdo. Item n̄ d̄z q̄s admitti ad probandū quo p̄bato non prodest.

Apostolice. c. b. Si per exceptiōem suspēsiōis cōtra quā de nullitate replicatur ordinatō ecclē retardatur fit absolutō ad cautelam.

No. q̄ suspēsus ab officio et beneficio n̄ admittitur ad agēdū p̄ ecclē ordinatiōe cū huiusmōi sp̄ūalia t̄nc tēporis possidere nō possint nec agere pro eis p̄t.

Dilecti. c. b. Per exceptiōem excōis a p̄secutiōe appellatōis repelli q̄s n̄ debet.

No. q̄ excōicatus p̄t appellare et appellatōez p̄seq̄.

Significauerūt. c. b. p̄ exceptionē excōis etiā actor originālis a p̄secutione cāe appellatōnis repelli n̄ debz.

No. q̄ om̄is legitima defentio excommunicato in iudicio reseruat.

Exceptionē. c. b. Res auditur in q̄ibz p̄telis exceptionez excōis contra actore obiciēs. et si maliciōse distu.

lerit in expēsis cōdēnabitur
et dato quod n̄ excipiat iu-
dex publicū excōicatum re-
pellere pōt. No. q̄ excep-
tio excōis q̄uis dilatoria sit
q̄ncūq̄ pōt opponi. Itē ex-
cōicatus publice n̄ est audiē-
dus licet a reo nichil sibi de
hoc opponatur.

Aduersario. c. b. Non cō-
petit exceptio rei iudicate
reo absoluto q̄ n̄ possidebat
rē si mō possideat.

Venerabilē. c. b. Rescrip-
tum impetratū ab excōica-
to valz sup sua p̄secutōe ap-
pellatōis lz de excōicacōe n̄
fecerit m̄sionē. io. No. q̄
excōicatus pōt litteras im-
petrare vt hic.

De p̄scriptōibz.

p. Lacuit. Ep̄us cōtra
ep̄m locū p̄ ipsum cō-
uersum ad fidē p̄scribit triē-
nio. lz si ecclā vacat vel est in
scismate non p̄scribit. io.

No. q̄ vacāte ecclā n̄ cur-
rit p̄scriptio eo tēpore quo
ep̄s catholicus n̄ est tūc q̄ a
cōpatur vacanti ecclē.

Nichil. c. b. Taciturnitas
prelati n̄ nocet ecclē nisi sit
p̄scriptū. Vel aliter in re-

bz viciosis n̄ currit p̄scrip-
tio. No. ar. nichil cū scan-
dalo faciendū est.

Scōrum. c. b. p̄ quietā pos-
sionem. xxx. ānorum p̄-
scribit ecclesia. io. ā.

De q̄rta. c. b. P̄scribi-
tur cōtra ep̄m q̄rta si. xl.
ānorum spacio nō soluat
et cathedralis ecclā n̄ vaca-
uerit. No. q̄ ecclā vacāte
n̄ currit p̄scriptio. Itē so-
la p̄scriptio. xl. annorum
locum habet.

Vigilāti. c. b. Et r̄lā iuris
possessor male fidei non p̄-
scribit scdm̄ canones. io. ā.

Ad aures. c. b. Vna ecclā
in pochia alterius. xl. annis
decias p̄scribere pōt. io. ā.

No. q̄ melior est conditio
possidētis. Itē p̄scriptō. xl.
ānorū excludit oēm actōez

Cām. c. b. Laicus decias
n̄ p̄scribit. No. q̄ possi-
deri n̄ pōt p̄scribi. sed laici
n̄ p̄nt decias possidere ergo
nec p̄scribere. etc.

Illud. c. b. Si contra p̄-
scriptōez. xl. ānorū que sola
currit cōtra ecclām opponi-
tur iteruptō vtracq̄ ps p̄ba-
bit. No. q̄ tragenariā p̄-
criptōem scdm̄ canones ho-

die locum habere. Iteꝛ prescriptio dꝛ esse continua et n̄ interrupta.

Quia iudicāte. c. b. Fines prediorū ecclāsticorū. xl. ā. norū spacio prescribūtur.

No. q̄stionē de finibꝫ in p̄ntia iudicū termināri debere.

Ex trāsmiſſa. c. b. Tempore hostilitatis n̄ currit p̄scriptio. No. q̄ maior eccā vel monasteriū pōt agere p̄ ecclā sibi subiecta. Itē ius pochtiale gen̄rale nom̄ ē vt hic

Accedentes. c. b. p̄curatiōes q̄ debentur legatis et nūciis sedis apostolice prescribi non p̄nt. No. q̄ om̄s tāgit ab om̄ibꝫ est approbādū. Item in p̄curatiōibꝫ n̄ habet locū prescriptio.

Cū non liceat. c. b. Subditus contra prelatū obediētiā n̄ prescribit. io. No. q̄ contra obedientiam non currit prescriptio.

Ad audientia. c. b. In feudo romane ecclesie cōtra ipsam romanā ecclām et eius vasellos currit sola prescriptio centū ānorū. No. casū vbi magis creditur priuilegio q̄ testibꝫ. Item presumitur pro illo qui officiū suū

intrauit fideliter adimplere.

Cū nobis. c. b. De cētēnaria prescriptōe que sola currit cōtra romanā ecclāz tēpora scismatum deductur.

No. q̄ tēpore scismatis n̄ currit prescriptio.

Auditis. c. b. De prescriptōe subducitur tēpus quo vacat ecclā cōtra quā prescribitur et prescriptōm p̄bante obstat interruptō in his in q̄bus scā p̄batur. Vel sic in om̄ibꝫ ecclesiis sue dioecesis hēt ep̄us iura ep̄alia nisi p̄barētur exēpte nisi ea prelati etiam inferior prescripsisset q̄ obtinebit in om̄ibus q̄ p̄bauerit p̄scripsisse illis exceptis in q̄bus ep̄s interruptōem p̄babit tēpus etiā vacatōis debet de prescriptōne subduci. No. q̄ ius ep̄ale gen̄rale nom̄ est et hēt multas sp̄es sub se vt hic p̄. licz q̄s prescribat in vno tñ non in alio articlō. Item de vna defentōne pōt q̄s trāſire ad cōtrariā q̄ā prescriptio et priuilegiū cōtraria sunt et tñ abbas hic admissus fuit ad utrāq̄ sꝫ subalternatiōe illud fieri dꝛ. Itē priuilegiū regale declarat priuilegium

pape et sic privilegium ob-
curum non probat.

Cum ex officio. Procuratio
que debetur ordinario visi-
tanti prescribi non potest. No-
n quod archiepiscopus iure metropolitano
potest provinciam suam visitare.
Item nemo suis sumptibus
cogitur servire. 10.

Si diligenti. c. b. Qui nomine
possidet alieno non prescribit.
nec etiam ille qui proprio nomine sed
non habeat bonam fidem et iustum ti-
tulū. 10. Non quod confessio ex-
tra ius facta preiudicat. Item
ille possidet cuius nomine possi-
detur. Item bona fides et ius-
tus titulus requiruntur quod
ad prescriptionem rerum
ecclesiasticarum.

Cum olt. c. b. Albas in cap-
pellis prescribere potest iura
episcopalia sed obtinebit in his
in quibus se prescripsisse probat
10. Non quod contra arbitri-
um prescribitur.

Veniens. c. b. Qui prescrip-
tione completa impetrat privi-
legium prescriptioi contrarius
et eo utitur prescriptioi re-
nunciat. idem si prescriptio com-
pleta non erat quia mala fide
habet et ideo non prescribit. No-
ta quod corpus clericum et ecclesiam

sunt in diocesi episcopi omnia sa-
cramenta tenentur recipere ab
eodem nisi contrarium ordinatur.

Item gratis sacramenta sunt conferenda.
Item ab eo episcopo qui catholicus
non est non debet recipi pre-
dicatio sacramenta. Item secundum privi-
legium non derogat primo nisi
de ipso faciat mentionem sicut
in rescriptis. Item prescrip-
tione et privilegium sunt contra-
ria. Item ex diversis causis
titulus siue dominium haberi non
potest ut hic patet quia quod meum
est ex alia causa meum fieri non potest
qui habet privilegium prescriptio-
is quo ad hoc nichil addit.

Quoniam omne. Est ratio iuris. scilicet
possessor male fidei nullo tem-
pore prescribit. 10. a. Non
quod qui facit contra conscientiam
peccat mortaliter.

De sententia et re iudicata.

¶ Sententia. Non sumatur
sed hoc dicit. sententia lata con-
tra leges vel canones nulla est
iurgantium. c. b. Iudex senten-
tiam accelerare debet quantum potest.

Non potest. Se sumat. Vel
sic a gradu suo sine iusta causa
et si omnes concordent nullus
debet privari. 10. an.

Et q. c. b. Nō summatue
nā hec decre. fuit exordium
cuiusdā papalis cōstitutōis.
Vel sic cōcordāda sunt que
iniuste diffinita sunt.

De cetero. c. b. Merus ex
ecutor corā quo excipitur
de fraude nō cognoscit s; re-
mittit. No. q. merus exe-
cutor ultra executōem nul-
lam hēt cognitiōem et ideo
referre d; supiori q̄stionem
fraudis que opponitur cō-
tra sententiam.

Cū aliquis. c. b. Possessio
deb; tradi ei cui adjudicata
ē nec sufficit tradi pignora.

Lator. c. b. Sniā lata cō-
tra matrimoniū nō trāsit in
rē iudicatā. vñ q̄ncūq; cōs-
tat de errore reuocatur.

No. q. hic auditur turpi-
tudine suā allegās s; hoc est
ppter piculum aie.

Cū cām. c. b. Sniā reuo-
catur pretextu iniq; cōsue-
tudinis lata cōtra ecclām.

No. q. cōsuetudo contra
canones non valet.

Inter ceteras. c. b. Sniē in-
iq; nō statur quis cā sit cō-
missa appellatōe remota.

No. Sniām cōtra ius scrip-
tum nullā esse.

Tenor. c. b. Sniā lata cō-
tra absentē nō cōtumacē in
cā matrimoniali nō t; No-
ta q. sniā que nulla est nō obs-
tat agenti.

Cōsanguinei. c. b. Idē di-
cit quod illud. ca. lator. Vel
sic ppter dcm̄ alterius cōiu-
gum a sniā lata cōtra ma-
trimoniū nō est recedendū.

Cū olim. c. b. Si papa cō-
tra suā pnunciatōē hoc ta-
cito cōferat l̄niciū subrepti-
cia dicitur collatō idō nō v;.

No. q. ea que per subrepti-
onem fiunt debēt in irritū
reuocari. No. q. cōtra
absentem p̄ditur in his q̄
per subreptōem cōmisit.

Cū inter. c. b. Ten; sniā cō-
tra ius litigatoris lata si ab
ea infra. x. dies nō fuerit ap-
pellatū. 10. ā. No. q. sniā a
qua nō est appellatū trāsit in
rem iudicatā et facit ius in-
ter ptes. i. declarat. Item si
principale nō t; nec om̄ia ali-
a que ab ipso cām et origi-
nem accepūt. Itē s; sniā la-
ta sit cōtra ius litigatoris a
qua nō est appellatū t; si la-
ta sit cōtra ius cōstitutōis
ex p̄sse nulla est nec est neces-
sō appellare ab ipsa. Itē s;

presumitur pro sniā q̄d̄iur
cōtrarium n̄ ostendatur.

Cām q̄. c. b. Sufficit ad
cōfirmatiōem sniē nichil cō
tinētis iniquū q̄ cōtra ip̄az
aliquid n̄ probetur iniquū.

No. q̄ iudex n̄ d̄z animuz
suū alligare tm̄ ad vnā spe
ciem p̄batōis s̄z omnia q̄ co
ram eo acta sunt d̄z diligen
ter cōsiderare et ex his om̄i
bus animū suuz informare
et sedm̄ hoc ferre sniāz etc.

Quod ad cōsultatiōem. c.
b. Sniā transit in rē iudica
tā p̄ lapsum decez dicrū nisi
ab ea fuerit appellatuz hoc
primo. Sedō dicit q̄ tēpus
q̄drimestre quod datur ad
soluēdū in actōe p̄sonali p̄ iu
dicē pōt artari et abreuari

No. q̄ qui n̄ appellat iuris
interpretatiōe sniē p̄uisse vi
detur. Itē q̄drimestre tēp̄o
quod datur cōlētatis a tu
re iu cā pecunaria pōt abre
uari et alōgari a iudice ex
cā. Itē si quis terminū illū
recipiat spōte et ā sine cā ā
priori tēpori renūciare vide
tur. vñ postea n̄ pōt appel
lare p̄pter hec. Itē tacite
renūciat quis iuri suo. Itē
ab executōe n̄ est appellādū

nisi modum excedat.

Sicut nobis. c. b. Sniā sn̄
cāe exp̄ssione lata t̄z. No
ta q̄ l̄z testis nō reddat cām
sui dicti nichilominus valet
dcm̄ eius vbi n̄ fuit interro
gatus de cā. Itē n̄ omnia q̄
mouēt iudicēz necesse est ex
primere in sniā. Item sniā
lata p̄batur per testes. Itēz
presumendū est pro iudicia
ria pt̄ate q̄ omnia legitime
fecerit.

Cum sup. c. b. Cōfirmā
tur sniā cōtra reum lata ap
pellantē si nichil p̄bet cōtra
eam. Differtur tm̄ executō
ipsi si tertius doceat de suo
interesse. io. No. q̄ quilibz
cuius interest pōt appellare
a sniā inter alios lata ne m̄ā
detur executōi. Item infra
ānum debz quis p̄seq̄ appel
latōem suā alias etc.

Cū bartoldus. c. b. Proba
ta iusta cā absentie reuoca
tur sniā cōtra absentē lata
maxime vbi appet iudicem
fuisse circūuentū. No. q̄
non valz sniā lata cōtra ab
sentem si cōstituerit eum ius
ta de eā impeditū fuisse. Itē
licz minus sufficienter p̄be
tur absentie cā n̄ d̄z de causa

item cognosci. Item cum iudex circouentus e iteru dz cognosci. Ite3 n dicitur ca remissa sufficiter instruc. ta nisi allegatiões verius p tis remittatur. Item hic e uidenter p3 q ex pntatōne prōni acquiritur ius pntato si prōnus in sua presentatō ne psistat.

In causis. c. b. In snis quas papa profert iuris ordinē seruat io. an. Nota q secūdu q papa iudicat alii iudicare debent.

Inter monasteriū. c. b. T3 snia diffinitiuā lata contra primaz si de ipsa nō fuit exceptus. vel appellatū a scdā.

Nota q ptextu nouorum instrumentorū lites instaurari nō debent io. an.

Suborta. c. b. Tenet snia lata cōtra priuilegiū oñlū ūl nō oñlū si ab ea nō fuerit appellatū vel supplicatū io. an.

Nota hic q cōfessio pcuratoris dño preiudicat. Ite3 restitutio añ ingressū cause principalis faciunda est. Ite3 cōtra priuilegiū appbatio seu deffensio. Ite3 ptestacio premiōtenda e ne fiat alicui preiudiciū circa ius suum ve

hic fecit papa. Itē priuilegio libertatis nullus renunciare pōt in preiudiciū papē. Itē pretextu priuilegiū de nouo reperi nō dz sniā reuocari et sic negligentia nocet.

Cū. l. et. A. c. b. Retractatur sniā a qua fuit appellatuz si cōstat testes ad quorum dcā lata fuit sniā cōspiratores fuisse et cōtradictē te pte receptos. io. a. No. q aliqs pōt per aliū denūciare. Item cōspiratores nō admittuntur ad testimonium.

Item nō sufficit testis cōspiratores pbare nisi iudex secutus fuerit dcā illorū.

Cum te. c. b. Cōdēnatus occasione iniuriarū infamis est et per papā pōt fame restitui. io. No. q cōdēnatus de iniuria notatur infamia nisi iniuria sit minima ve hic patet.

Ad pbandū. c. b. Remota sniā pp defcū iurisdictionis vel qa vnus de iudicibz erat excōicatus vel pp iuris ordinē nō seruatū. iterū de principali cognoscitur. io. No. q litteris ordinariū statut.

Item l3 tēpore late sniē iudex sit excōicatus ideo sniā

nulla ea tñ q̄ fecit añ extōi-
cationē valebūt.

Quāuis. c. b. Sñia inter a-
lios lata alius nō nocet regula-
riter 10. an. Nota regulaz
gñalez res inter alios acta a
lius non nocet.

Duobus. c. b. Si duo iudi-
ces ordinarii s̄bas ferant cō-
trarias t̄z pro reo nō p̄ acto-
re. nisi in cā favorabili puta
p̄ libertate. matrimonio. do-
te vel testō. Nota q̄ fauo-
rabiliora sūt iura ad absoluē-
dū q̄ ad cōdēpnādū nisi in q̄-
tuor casibus hic cōtentis.

De appellationibus et re-
cusatiōibus et relatiōibus.

d. Ilecti Collatio bñficii
facta post et cōtra ap-
pellationē legitimā nō valz.
Nota q̄d quidq̄d fit post
appellationē legitimā d̄z ir-
rituz reuocari. Item per ne-
gligēciā amittit q̄s ius suū
et illud trāffertur ad superi-
orē. Itēz legatus q̄ nō est de
latere pape missus nō pōt con-
ferre ecclias vacantes qua-
rū ordinatio pertinet ad infe-
riores prelatos.

Inter cetera. c. b. Genera

lis appellatio non v̄z. Vel sic
nō defferēdū est appellatiōi
emisse i cōcā q̄ posset aduce-
sus appellātez moueri 10. ā.

Ad nr̄az. c. b. A correctio-
ne nō appellatur. Vel sic ap-
pellatio nō impedit quo mi-
nus religiosus iuxta r̄lāz et i-
stitutionez sui ordinis p̄uia-
tur. Nota q̄ appellatio nō
deffendit aliquē indelicto.

Personas. c. b. Si appellās
infra terminū a iudice a quo
appellauit vel ase ipso cōsti-
tuto appellatiōē p̄sequitur
s̄nie vel iudicio iudicis a quo
appellauit stare compellitur
10. Nota q̄ aliquis pōt sibi
prefigere t̄minū ad appella-
tōnez p̄sequendam.

Cuz sit romana. c. b. Qui
appellationez nō p̄sequit a
s̄nia. ad t̄minū cōpetētez pe-
nas patitur hic cōtētas i pri-
mo dcō 10. Nota q̄ q̄ non
p̄sequitur s̄niaz infra debitū
t̄ps rata manet s̄nia. Itēz iu-
dex añū illū pōt abbreuiare

Itēz in notorio crimie non
auditur appellās. §. si vero
c. b. añ litis ingressū pōt secū-
dū canones appellari 10. §.
p̄terea. c. b. i m̄ifesto delicto
nō est admittēda appellatio.

Ad hec. c. b. Corā iudice a quo in vna causa appellauit possū in alia cōueniri nisi eū recusem vt suspectuz. Nota q̄ pendente appellatione corā ipso ordinario pōt ipse ordinarius recusari. io. an.

Si duobus. c. b. Qui appellauit ad papā tenetur corā suo ordinario comparere ad quē aduersarius appellauit si citetur ab eo alias pōt ex cōicari. Scdō die q̄ de ciuili iudice qui nō est de tpali iurisdictione ecclē ad papā non appellatur io. an. Nota q̄ quilibz vocatus ad iudiciū d̄z ire et allegare priuilegiū suū ut alias t̄z s̄na p̄ cōtūacia lata in ipsū. Itēz de vno foro nō est appellādū ad aliud forū nisi cōsuetudo illud hāt.

Ex rōe. c. b. Post biēniuz auditur appellans qui prius appellationē suā p̄sequi non potuit. Vel sic ex impotētia datur biēniū vel triennium appellātis.

Meminimus. c. b. Si reus post citationē vel noticiā litterarū misit au iuit adcuriā delegatus in eā procedet alias nō sūmatur hec decre. vel sic nūcū missio an̄ citatione;

excusat. ita vt qui misit ad sedē ap. nō teneatur corā iudice delegato cōparere.

Super eo. c. b. Supcedetur exceptioni sup qua est appellatū et etiā principali cū sine illo differri nō pōt. Scdō die q̄ p̄ appellationē ex falsi suggestionē interposita nō impeditur s̄na.

De appellationibus Nō sūmatur. Vel sic in quibz causa maiori vel minori pōt q̄ a grauamine appellare alie sic defferetur appellationibz p̄ causis minimis iteriectis.

Sup eo. c. b. Scd̄m canōes et nō leges potest an̄ et post licite appellari et hoc intellige secūdū leges nisi incertis casibus. Secūdo dicit q̄ vbi non defferetur appellationi nō est defferēdū accusatiōi Tercio dicit q̄ tēpus p̄fixuz ad hē decidendū cōputatur a tēpore quo iudices litteras receperūt io. Nota q̄ tēpus nō currit nisi ab eo tēpere q̄ potuit procedere.

Peruēit. c. b. Conuētus sup iuria clerici vel sup aduiterio pōt appellare nisi sit notorius. Vel sic sup excessu notorio nō admittit̄ appellatō

Consuluit sumatur in e
precedenti.

Suggestu. c. b. Sumatur
in. c. meminimus. Vel sic ar
repto scā in fraudez aduer.
sari post morte; post notici
az litterarū processuz nō im
pedit delegati. Nota occa
sionē iuris ad iniquū compē
diū trahi non debere.

Ad pñciā. c. b. Pendente
appellationis cognitione ex
cōicatus post ea absoluitur
ad cautelā et si appeat euz le
gitime appellasse nō pñtur.
ex eo q̄ interz celebrauit io.

No. q̄ absoluit q̄s ad cau
telā /z nō sit excōicatus. Itē
sñta excōicationis post appel
lationez legitime lata nulla
est. vñ qui post ea celebrat.
nō pñtur. Itē q̄ post talem
appellationez fiunt reducen
da sunt ad pristinū statuz.

Cum teneamur. c. b. Si
appellans in sua possessione
turbetur iudex a quo appel
lauit poterit sibi reformare
Vel sic qui appellauit in vna
causa corā iudice. pōt coraz
illo litigare in alia io. an.

Cōsuluit. c. b. gñalis ap
pellatio si fiat in omnibus cau
sis nō valet si in vna tm bñ

valet io. an.

Compati. c. b. Obtētū ap
pellationis nō d̄z quis cōtēp
nere citationez legati io. an.

Nota q̄ quilibet vacatus
a iudice suo venire tenetur
allegaturus priuilegiū suuz
Itē ar. q̄ nūcio sit credēdū

Itē ar. q̄ nemo phibetur
pluribus deffensionibus vti
Itē creditur iudici in pre
iudicium alterius.

Ad hec. c. b. Qui iurauit
stare mādatis ecclē contra
iutamētū nō auditur appel
lans si tñ grauetur appella
re potest io. an.

Questionē. c. b. Sumatur
est in. c. pcedenti. Vel sic ap
pellationi admisse causa sub
trifugū ab eo qui iurauit cū
absolueretur stare mādatis
ecclē nō d̄z de Ferris. S; est
in eādez reducendus sñiaz et
tenēdus donec impleuerit q̄
iurauit. Nota q̄ cōtra iu
ramētuz nō admittitur ap
plō. Itē qui nō adimplet mād
atū si pōt d̄z reduci in eādez
sñiaz aq̄ fuit absoluta.

Preterea. c. b. Appellans
ab ordinario de delicto q̄ pos
tea commisit pñtur ab eo.

Nota q̄ appellatio exten

ditur ad illa que post appella-
tionez fiunt seu committuntur.

Constitutis. c. b. Qui non
detulit appellationi p aduer-
sariū prius scē de sua posteri-
ori exceptōne exipi nō pōt
cōtra reū. Nota q̄ electio
scā de excōicatio nō tenet et
iō nō impedit scdm̄. Itēz qui
nō deffert appellatiōi appel-
lāti cōtra aliū obicere nō pōt.

Proposuit. c. b. Appellās
ab ordinario in vna causa in
aliis tamē corā eo cogitur re-
spondere. Pōt tñ eū recusa-
re vt suspectuz nisi de mani-
festo et graui crimine cōuē-
tur. Nota q̄ lz alias appel-
let ab ordinario tñ sup aliis
causis remanēz eius iudex. sz
nō dz eū cōpellere ad respon-
dendū nisi crimē notoriū sit.

Qua fronte. c. b. Absolutus
excōicatus cautione re-
cepta lz aduersarius vel ex-
cōicator ne absoluat ap-
pelle. Nota q̄ qs dz absol-
uit ne in excōicatioe decedat
prestata prius cautione suffi-
cienti nō obstāte appellatione
partis aduerse.

Reprehensibilis. c. b. Pre-
lati subditos excōicare vel su-
spendere nō debēt nisi canōs

ca mōitioe p̄missa. Nec sub-
diti p̄cipue regulares cōtra
disciplinā appellare et appel-
lāti ad appellationē p̄sequen-
dā statuitur termino infra
quez si nō p̄sequatur iudex
p̄cedet et appellans qui non
p̄sequitur appellationē suā
appellato p̄sequēti cōdēpnā-
tur in expēn. Nota q̄ cano-
nica mōitio p̄cedere debet
excōmunicationem.

Ad hec. Hic ostenditur et
cōtinetur quō qdaz appella-
tes nō p̄sequēbātur appella-
tiones suas et q̄ d iuris. Vel
sic ordinarius pōt cōpellere
appellātē appellationē p̄seq̄
vel corā ipso cōpere vel si ip-
sū suspectū hāt ad iudices eli-
gendos qui determinēt que-
stionem.

Peruenit. c. b. Si canōicus
ad residenciā faciendā mōi-
tus appellz statuitur ei ter-
mino ad p̄sequēdā appella-
tōnē suā et interim in bñficio
suo deseruitur p̄ vicariū cui
p̄uilebitur de p̄uētibz illi-
us bñfici. Nota q̄ clerici
in ecclesiis residenciā facere
tenentur ad mādātū sui pla-
ti q̄ si non fecerint possunt
eis priuari.

Consuluit. c. b. Nō valet
q̄ iudei teneāt mācipia xp̄ia
na. Vel sic appellationibz cō
tra canonica instituta inter
positis nō est defferendū.

Ad huc. c. b. Qui an cita
tionez vel noticiā litteraruz
appellat sue debet appella
tionem defferri sed si post cita
tionem nichilominus iudex po
test exsequi q̄ mādatur.

De priore. c. b. Nō deffe
rēs appellatiōis interiecte ad
papā mittendus est cū literis
sui ep̄i ad curiā romanāz

Nota q̄ prelatus nō debet
excedere modū in corrigēdo

Quia nos. c. b. Albas pu
blice diffamatus de crimine
nō obstante appellatione cō
pellitur ad cedendū. io. an.

Ad aures. c. b. Terminus
cōgruus p̄figēdus est appel
lati infra quē si appellatiōez
non fuerit prosecutus stare
cōpellitur iudicio delegati.

Ad audiētā. c. b. Qui se et
sua apostolice p̄testatiōis sub
iecit l̄z appellatiōis verbo nō
vtatur appellasse cēsetur. io.

Nota intelligenciā istius de
cre. extra iudiciū. Itē nemo
sibi ius dicere debet.

Accepta. c. b. De cōsensu

pciū pōt cā remitti ad iudicē
appellatum.

Postremo. c. b. Delegatus
datus appellatione remota
recusari pōt si sit impetran
tis cōsanguineus. Idez si fue
rit aduocatus in illa causa su
p̄ q̄ impetratur. io. No. cau
sas recusatiōis in ista decre.

Ad hec. c. b. S̄nia interdic
ti nō suspēditur p̄ appella
tionem sequentem. io.

Cuz in ecclā. c. b. Iudex ap
pellationis remittit causam
ad priorez iudicez si non con
stat sibi a grauamine vel ab i
iusta s̄nia fuisse appellatum.

Nota q̄ nullus dz appella
re nisi grauetur. Alioq̄ n re
mittendus est ad illum a quo
appellauit.

Directe. c. b. Si appellans
qa nō fuerit p̄sequutus ap
pellationem suā in suo termi
no redit ad primū iudicē. gra
uatus de nouo poterit appel
lare. Nota q̄ matrimoniū
res fauorabilis est.

Preterea. c. b. Si s̄nia ex
cōicacionis suspensionis vel i
terdicti sub cōditione p̄ferā
r̄ q̄nq̄ appellari pōt an̄ exi
stēciā cōditionis. Vel sic pre
textu litterarū m̄. Iarū alicui

Consuluit. c. b. Nō valet
q̄ iudex teneat mācipia xp̄ia
na. Vel sic appellationibz cō
tra canonica instituta inter
positis nō est defferendū.

Ad huc. c. b. Qui an cita
tionez vel noticiā litteraruz
appellat sue debet appella
tioni defferri sed si post cita
tionem nichilominus iudex po
test exsequi q̄ mādatur.

De priore. c. b. Nō deffe
rēs appellatiōi interiecte ad
papā mictendus est cū literis
sui ep̄i ad curiā romanāz.

Nota q̄ prelati nō debet
excedere modū in corrigēdo.

Quia nos. c. b. Abbas pu
blice diffamatus de crimine
nō obstante appellatione cō
pellitur ad cedendū. io. an.

Ad aures. c. b. Terminis
cōgruus p̄figēdus est appel
lati infra quē si appellatiōez
non fuerit profecutus stare
cōpellitur iudicio delegati.

Ad audiētiā. c. b. Quis et
sua apostolice prestatiōi sub
iecte lz appellatiōis verbo nō
vtatur appellasse cēsetur io.

Nota intelligēciā istius de
cre. extra iudiciū. Itē nemo
sibi ius dicere debet.

Accepta. c. b. De cōsensu

potū pōt eā remitti ad iudicē
appellatum.

Postremo. c. b. Delegatus
datus appellatione remota
recusari pōt si sit impetran
tis cōsanguineus. Idez si fue
rit aduocatus in illa causa su
p̄ q̄ ipetratur io. No. cau
sas recusatiōis in ista decre.

Ad hec. c. b. Sñia interdic
ti nō suspēditur p̄ appella
tionem sequentem io.

Cuz in ecclā. c. b. Iudex ap
pellationis remittit causam
ad priorez iudicēz si non con
stat sibi a grauamine vel ab i
iusta sñia fuisse appellatum.

Nota q̄ nullus dz appella
re nisi grauetur. Alioq̄ n re
mittendus est ad illum a quo
appellauit.

Directe. c. b. Si appellans
qa nō fuerit p̄secutus ap
pellationem suā in suo termi
no redit ad primū iudicē. gra
uatus de nouo poterit appel
lare. Nota q̄ matrimoniū
res fauorabilis est.

Preterea. c. b. Si sñia ex
cōicacionis suspensionis vel i
terdicti sub cōditiōe p̄ferā
r q̄nq̄ appellari pōt an exi
stētiā cōditiōis. Vel sic pre
textu litterarū mīsarū alicui

subdito in quibus cōtinetur
q̄ nisi satisfecerit infra certū
tempus esset excōicatus ta
lis nō parens non erit excōi
catus nisi ep̄s p̄prio ore pro
tulerit vel literas ediderit.

Secundo requirit. c. b. Clā
appellatione remota ad om̄s
articulos cōmissiōis extēdi
tur hoc primo. Secūdo eā sus
pensionis dz allegari corā ar
bitris. Nota q̄ verba in
tentioni deseruūt. Itē appel
latio ad om̄ia refferretur q̄
in cōissione ponitur. Itē de
terminatiōes q̄ i principio po
nuntur om̄ia sequencia deter
miānt et ecōuerso. Itē cā sus
picionis ē specificāda corā iu
dice. Itē iudices suspecti esse
non debent.

An sit. c. b. Qui nō deffert
appellationi aduersarii nec
sue appellationi dz defferri.

Nota q̄ p̄ntur quis in eo
in quo deliquit. Itē frustra
imploret auxiliū legis qui in
legem cōmisit.

Nouit. c. b. Merus execu
tor nō recusat nec ab eo
appellatur nisi modū exeat
q̄ si fieret nichilominus mā
datū exequeretur. Vel sic a

iudice suspecto nō receditur
p̄ appellationē nec ab execu
tore nisi modū exeat.

Sepe cōtingit. c. b. Si ap
pellatio recipiatur a iudice ul
approbetur ap̄te terminus
ad eā p̄sequēdū statutus ab
homine obrinet vires p̄emp
torii nec pōt p̄ueniri. No.
quod questio iuris p̄bationē
nō requirit. Itē si quis im
petrat litteras an̄ terminuz
a iudice vel ab appellāte sta
tutū tacto de illo termino li
tere nō valent et tā i cōtu.
max p̄ntur in expēn.

Constitutus. Lz appellās
intra tēps statutū in nego
tio electiōis appellationē nō
fuerit p̄secutus nichilominus
iudex ex officio suo de impe
dimētis electi cognoscit io. a.

Nota q̄ q̄ non p̄sequitur
appellationē suā infra ānuz
postea nō admittitur nisi iu
sta causā ostēdat p̄pter q̄ da
retur sibi biennū. Itē qui re
pellitur vna via admittitur
p̄ alia viam. Itē cuius licitū
est iuri suo renūciare.

Cōstitutus. c. b. Appella
tio frustratoria non impedit
cōfirmationē electi. Vel sic
appellatiō irrationabilis efc̄m

electionis vel cōfirmationis impedire nō pōt tñ post hāc tñ possessionē pacificā p̄ modū actionis vel denūciatiōis aut cōtra p̄motū audiēdus est appellans. Nota q̄ qui appellat extra iudiciū cāz iuste appellationis d̄z exprime re. Itē corā iudice appellatiōis pōt quis exprimere aliaz cām quā illā q̄ in appellando expressit q̄ locū h̄z in huōi appellationibus electōnū. Itē qui nō pōt exipere pōt accusare vel denūciare.

Ex parte. c. b. Appellari potest si locus nō tutus p̄tibz assignetur etiā si recepto sit ista clā appellatiōe recta

Nota exceptionē de loco suspecto admittendam.

Significavit. c. b. Licite appellat reus si nō auditur exp̄iens p̄curatorē accusātis nō h̄rē sufficiens mādatur. Vel se cōuētū p̄ alias litteras de quibus in sedis nō fit mē sio. Nota q̄ p̄curator debet esse legitime cōstitutus alias repellatur. vñ primo d̄z hoc videre. Itē nō d̄z quis ad diuersos iudices p̄ eadē causa trahi. Itēz secūdo lrē non valent nisi expressā mēstionez

faciāt de primis. Itēz qñ alius quis p̄ponit plrēs exceptiōes quarū q̄lz p̄se sufficit sufficit alteram probare.

Significantibus. c. b. Recte appellat reus si non audit̄ petens declarari rez petita z in libello io.

Ex insinuatione. c. b. Iudex a quo est appellatus nō pōt statuere terminū ad ferendā appellatiōis cām q̄ si fecerit ad se p̄ntādūz intelligitur statuisse. Nota q̄ si p̄ principem stat quominus appellans expediat cāz suaz nō imputatur appellati.

Bone memorie. c. b. Qui extra iudiciū ex causis verisimilibz appellat ad papā ne in sua possessione molestetur si post ea spoliatur restituitur in eūde z statū in quo erat tē pore quo appellauit io. Nota q̄ spoliati restitui debent cū oī sua causa et fructibus in pristinū statum.

Dilecti. c. b. Si cōtra superiores suū q̄s itineret ad papā hētur p̄ appellāte ita q̄ post ea lata ex cōicatō in eū non t̄z. Nota q̄ plus ē appellare fecō q̄ verbo. Itē in cā sua q̄s iudex esse non potest.

Pastoralis. c. b. Per clam appellatiōe remota om̄is ap-
pellatio phibetur que nō est
in iure exp̄ssa. Sed si excōi-
catus appellat nichilominus
denūciatur et b̄n̄ficiorū suo-
rū p̄uentibz spoliatur 10. a.

Nota q̄ om̄is appellatio l-
telligitur esse remota q̄ iu-
re scripta nō ē p̄ remotionē
appellationis. et sic est argu-
mentū q̄ om̄ia intelliguntur
phibita que nō sūt expresse cō-
cessa. Ite3 excōicatio secum
trahit executionez. Ite3 ap-
pellatio nō impedit denūcia-
tionez. Ite3 priuādi sūt excōi-
cati suis b̄n̄ficiis.

Sollicitudinē. c. b. Si excōi-
catus ab ep̄o postq̄ appellauit
ad papam cām simpliciter ad
archiepiscopū deferat appella-
tioni renūciat et archiepsco-
pus cām audiet. S3 si p̄teste-
tur cōtrariū archiepiscopus
nō cognoscet q̄ si faceret ep̄i-
scopus tūc appellare poss3 10.
an. Nota q̄ ad quē p̄tinet
